

VERSUS AD LAETAM ET FELICEM OCCASIONEM
Celebrationis CLXXXV. anniversarii
CONSTITUTI GYMNASII IN OPPIDO

SREMSKI KARLOVCI

Salve gymnasium praestans Karlóviciense,
Quod laetum celebras spelendida festa tua!
Sunt quinquennia iam septum et triginta peracta,
Ex quo tempore tu, docta palaestra, viges.
Multi ex te provenerunt homines venerandi,
Vixit et in gremio Branko poeta tuo.
Usque in te iuvenes dein artibus instituuntur
Praesidio patriae, laudibus et decori.
Non procul a tumulo vatis felix peramoeno
Monti subiectum crescito vinifero!
Atque tui cives vivant Karlovicienses,
Oppidum amatum etiam floreat usque tuum!
Hic natus scriptor gestorum est atque sacerdos
Iohannes doctus de patria meritus.
En in museo titulata est eius imago:
Ora vides, mentém scripta videre dabunt.
Arx ingens vetus et celebris tibi grata sodalis
Est prope Danuvium, flumen hoc ecce potens.
Urbs in Danuvii laevo sita litore clara,
Quam Musae studiis excoluere suis,
Et florens et dives opum populosaque valde
Artibus atque fide est iuncta propinque tibi.
Cumque poeta dulciloquo volo vociferari:
Oppidum amábile Karlóviciense meum!
Si possem, pulchram terram hanc ad pectora totam
Comprimerem nec non oscula mille darem!
Salve et, festa dies, meliorque revertere semper,
Prospera gymnasio tempus in assiduum!